



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

VI. Papst Innocenz IV. bestätigt den Tempelherren alle Zehnten, Grundstücke und Einkünfte in Quartschen, Chins, Bahn, Lezenitz und andern Orten, am 18. Januar 1247.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

V. Papst Gregor IX. bestätigt den Tempelherren die ihnen von dem Bisthofs zu Lebus überlassenen Zehnten von Ländereien um Küstrin, am 22. September 1238.

Gregorius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Magistro, fratribus Domus militie Templi in Teutonia salutem et apostolicam benedictionem. Quum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu decimas Noualium de Custrina, quas venerabilis frater noster Episcopus Lubucensis spectantes ad ipsum capituli sui accedente consensu nobis pia et provida liberalitate donavit, prout in ipsorum literis super hoc confectis plenius dicitur, contineri, sicut eas iuste et pacifice possidetis, vobis et per vos Domui vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Anagnie, X Kal. Octobr., pontificatus nostri anno duodecimo.

Gerden's Codex V, 283.

VI. Papst Innocenz IV. bestätigt dem Tempelorden alle Zehnten, Grundstücke und Einkünfte in Quarfschen, Ghins, Bahun, Lezenitz und andern Orten, am 18. Januar 1247.

Innocentius, episcopus, servorum servorum dei, Dilectis filiis preceptori et fratribus militie domus templi in alemania Salutem et apostolicam benedictionem. — — vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, Decimas, terras, Redditus, possessiones et alia bona vestra, que in de Quarfan, de chins, de banen, de lezenitze, de henrikestorpe, de tempelberghe, de Marquardestorpe, de Nyentemple, de Colaz villis et terris habitis, sicut ea iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos domui vestre auctoritate apostolica confirmamus. — — Salva in predictis decimis moderatione concilii generalis. — — Datum lugduni, XV kal. februarii, pontificatus nostri anno quarto.

Wohlfürst I, 115.